



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

68. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

quadraginta dies in utero sponte perdidit, annum unum pœniteat. Si verò post quadraginta dies eum occiderit, tres annos pœniteat. Si verò postquam animatus fuerit, eum perdidit, quasi homicida pœniteat. Sed distat multum utrum paupercula pro difficultate nutriendi, aut fornicaria causa sit, & pro sui sceleris celandi faciat causa.

Si qua mulier filium vel filiam occiderit.

Ex eodem.

LXVII. Mulier si voluntariè occiderit filium suum aut filiam suam, pro homicidio decem annos pœniteat.

De eadem re. *Ex Concilio Rotomagensi.*

Burchard. lib.
17. c. 53.
Ivo parte 10.
c. 103.

LXVIII. Sunt quædam mulieres, ut ad notitiam sancti Concilij pervenit, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes ne scelus quod occultè perpetrarunt manifestum fieret, infantes quos pepererunt occiderunt, & terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas projece- runt. quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, Elibertani, atque Hilerdensis Concilij testes sunt. His itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt. Sed humanitas placuit ad communionem recipi.

Ut ante januam Ecclesiæ adulteri infantes exponantur. *Ex eodem.*

LXIX. Igitur quia diabolo suadente, & carnis fragilitate delectante, & ideo consentiente, multotiens talia perpetrantur, ideo ex